

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Carmen de diluvio Romae effuso

Locher, Jakob

[Freiburg im Breisgau], [nach 13. Dez. 1495]

[urn:nbn:de:bsz:31-290386](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-290386)



K. J.

4^v (51)



42 A 1932, 13

RH

1912



AN 789

AN 790

AN 791


AN 792

AN 793

AN 794

AN 795

Jacobi Locher
Larmen de diluuij Rome effuso.



Hexastichon Jacobi Locher philomusi.

Barbara pyramidum laudant miracula vates
Atq; vetustatis inclita gesta canunt:
Et portenta maris fingunt monstrosaq; saxa
Et mirum toto quicquid in orbe fuit.
Perlege tu nostro res miras tempore visas
Athena dum Rome deuorat vnda rapax.

Id summū Tonantem choziambicum
Jacobi Lochers philomusi.

Qui res precipites secla q̄ temperas
Et cursus varios ordine dirigis
Cui titan rutilus lunaq; pallida
Reddunt officium cunctaq; sydera
Mortales hominum respice protinus
Casus: qui dubio remige fluctuant.
Hos luctus patimur hecq; pericula
Pro noxii scelerum flagitiis quoq;
Consurgunt tumidis equora fluctibus
Romani voracibus tybris hiantibus
Egestans atq; rapax mentia difficit.
Stat fusco pelagus gurgite languidum
Et mors liuidulis pallida dentibus
Multos tartareis manibus implicat.
Et mergit stygiis corpora fontibus.
Non mors vna manet fata cadentia.
Est qui nunc cupidus feruet honoribus
Hesitatq; auriculis iam popularibus:
Virtutem sceleris conscius abdicat.
Et cecis tenebris implicitus cadit.
Nonnulli intrepidus equora nauibus
Sulcant: et tumidis perfreta statibus
Abrumpunt animas hac uiolentia.
Parcarumq; colos non remeabiles.
Sunt qui delitiis tempora diuidunt
Et cecant animos luxibus impiis
Sic nostras Nemesis pernecat aspera
Mentes: et cruciat casibus vltimis
Et perdit iuuenes cum senibus rudes.
O tu celicolum rector et arbiter
Presens huic misero consule seculo
Da mortem rigidam damna merentibus
Da castis animis stamina viuanda
Da celi dapibus perpetuo frui.

Heccatostichon Jacobi Locher pbi
Iomuli de Cataclysmo in urbe Ro-
ma effuso Jdib^o decēbris. Anno M. cccc. xlvj

Si quis ab antiquis repetat primordia seclis
Et quondam totum miracula uisa per orbem
Comparet inde graues presentis temporis annos
Inueniet trepidanda magis discrimina: mentes
Que nostras quatiant: dira et formidine turbent
Tunc licet audierit bellorum tempore Roma
Monstra: quibus populus uisis torusq; senatus
Territus ad superum sublimia templa recurrit
Ante ducum superi ciuilia bella minaces
Prodigijs terras implebant atq; ruina
Tendebant hominum malefacta lacessere: ponto
Factabant uentos rapidos tumidasq; procellas
Et timidi patres spectabant signa timendi
Syderis: et pansis mutantem regna cometen
Crinibus: Igniferum densq; ex aere fulmen.
Accipimus quondam scylleos sanguine fluctus
Extinxisse deos superos tyberimq; reorto
Eurgite Romanos nimium exundasse penates
Cum bello latium uastabat Cesar et armis
Pompei Comites timidos ex urbe fugabat.
Sed cum traserint istec que docta uetustas
Monstra per Italicam spectauit tristia terram
Presentis memorare iuuat portenta laboris
Qualia per populum cumane carmina uatis
Vulgarunt: tunc cum sectis bellona lacertis
Horgon eo clypeum uibravit uertice fortem
Romuliosq; duces furis agitauit acerbis.
Sed quia scripturus rem magni ponderis: omnes
Inuoco nunc musas et phoebi numina sacra
Qui michi uocalem Lytharam lingueq; diserte
Murmura concedit lepidosq; in carmine flores

Narratio

Offensis erat: quem nunc appellat Roma decembrem
 In quo dii superi mortalia facta videntes
 Humanum voluere genus terrere: per orbem
 Et totum monstri premissi fama volaret
 Unus erat latio simplex pauperq; colonus
 Ad quem forte truci vultu peruenit imago
 Allocuta tremens his vocibus inde colonum
 Hæde cito romam: nostra hec oracula pande
 Pontifici summo prope plebiq; togate
 Protinus ut triti cursus peccata relinquat
 Emendentq; graui scelerum delicta pudore
 Nec luxum reparant prauum: dapibusue superbis
 Et cytreis rursus celebrent conuiuia mensis
 Sed gemitu tristi: mestis et quisquis ocellis
 Accedat factas diuum purgatus ad aras
 Et precibus summum Regem cõpellat olympi
 Ut veniam noxæ scelerum concedat iniquis.
 Nam deus omnipotens statuit punire nocentem
 Romam: si nolit vitam purgare profanam.
 Hic mandata capit: statim q; transit in urbem
 Et narrat metuenda deũ pnuntia iussa.
 Ridiculum est visum cunctis et fabula fallax:
 Haud ideo mores prauos: solitiq; pudoris
 Crimina vitarunt: fastu sed deinde superbo
 Süplerunt vestes tyrias ostroq; micantes.
 Atq; peregrini libarunt fercula gustus.
 Deliciisq; malis totam peruertere Romam
 Coeperunt cleri comites cū plebe togata
 Non monitus Christi: non conscia signa malorũ
 A solito reuocare gradu mortalia facta
 Quiuerunt: cursus sed agit mala vita priores
 Propterea dextra cõmotus rector olympi
 Emisit celo rutilo surgentibus vndis
 Diluuium magnum in campos tumidasq; procellas

Et tyberim aduerso diffundi gurgite iussit
Adriacis sic auctus a quis pontoq; charybdis
Turbidus ingenti madefecit flumine romam
Non fora: non platee: non campus martius undas
Euomit: at media transcurret flumina roma
Et properant arcis Tarpee perdere muros.
Tres durasse dies cōmunis fama profatur
Diluuium: quo tunc periere animalia multa
Atq; homines: qui nunc aliena piacula solunt
Tam mestos spectasse dies vix creditur vnq;
Roma: nec in tanto mortem vidisse timore
Non aliter populus lugebat tempora dira
Quā si iterum Tyberis rabidis peruerteret undis
Pompili monumenta nume: Vestesq; sacros
Ignes: et stagnis vindictam quere ret imis.
Non aliter stagnabat aquis tyberina procella
Quae gerbatq; lares incerto littoze: q̄si
Deuocalioneos fudisset aquarius imbres
Totaq; diffuso latuisset flumine roma
Ah rursus redisse chaos cecaq; tenebras
Romani metuere senes atq; vltima mundi
Fata quibus subito totus dissoluitur orbis.
Pontificem summum tam tristia mōstra citarunt
Quorū quoq; precepit cūctis vt pectore casto
Tam duri casus presētia facta piazent
Offerretq; suū quisq; ad sacra numina votum
Et manibus pansis superos et suplice lingua
Oraret: subitas procul vt depelleret undas.
Et deus omnipotēs populo miseratus inermi
Hos fluctus rapidos tempestatesq; sonoras
Diluuiiq; chaos tiberin o alitroze mouit
Roma tamen tantas lacris annalibus undas
Cōmendare potes: quoniam tam grandia nunq;
Quae maiores sensere tui discrimina: quare
Stelliferum cognosce Iouem qui regnat olympum

Elegidium elusum ad principes
orbis christiani.

Non mihi certa sonant phoebee numina sortis
Carminē: nec mentem perstat apollo meam
Nec me uatidici monuit corina sacelli
Nec capiti impendent delphica ferta meo
Et temere possem subitam portendere famam
Scireq; quid superi significare uelint
Hunc agitant furie certe: non delphicus ardor:
Qui putat incertos pandere posse dies
Hoc est iudicium superi magniq; tonantis
Qui ferit ardenti tela trifurca manu
Pace tamen dicam: quid sit q; turbine tanto
Abouerit eneidos iupiter ipse lares
Dexteritas: pietas: probitas: Constantia: virtus
Jam quia sacratum deseruere locum.
Atq; fides patribus quondam bene nota uetustis
Confusa ad stygias iam penetravit aquas
Non casti mores: non parsimonia prisca
Qua petrus illuxit: floret in urbe magis.
Immodicus luxus fastuq; superbia magno
Peruertunt passim pectora Casta virum
Pontifices: procēres: plebes clerusq; sacratus
Belitiis prauis tempora cuncta fouent
Ab rursus terras diuina ascrea reliquit
Nam dolus in quaq; perfidus vrbe sedet
Aspicite o cuncti rectores orbis et urbis
Exitus in terris qualis adesse solet
Pro uirtute pius ascendimus etheris arces
Panditur atq; animis celica porta sacris
Sed pro peccatis cadimus phlegetontis ad undas
Et luimus penam suppliciumq; graue!
Quos Cardines cetus deponite luxum
Et gestate sacrum religionis opus
Cum petrus in solio deuoto corde sederet
Non gemmis digitos cinxerat ille suos

Non vestes ostro rutilæ: non purpuræ candens
Ornabant humeros Petre beate tuos
Cernite diluuii fontes: fluctusq; voraces
Roma ne subsidet et scelerata ruat
Hos monitus monstrare deus sup omnia princeps
Constituit: qui sint nuntia signa poli

Ad diuum Maximilianum Romanorum
Regem eiusdem. J. L. P. epigrāma

Troius Aeneas phrygia digressus ab vrbe
Condedit in latio menia celsa solo.
Rex genus egregium: tumidis in fluctibus actus
Nauius optatam venit ad ausoniam.
Regia dardanium iuuenem non terra recepit
Ante procellas q; penetrasset aquas.
Sic tua fata sinastotum migrare per orbem
Et videant thusci Theutona signa duces
Nomen habes torrens quod iam plaga solis eoi
Littus et oceani Maximiliane super:
Sudificus boreas: et martia terra Getarum
Barbariciq; duces iam tua castra timent:
Europe atq; asie reges ad bella feroces
Theutonicos metuunt Marte citare viros.
Diluuiio ex illo poteris portendere felix
Principium regni Maximiliane tui
Albula thuscorum thyrrenaq; littora gressus
Excipient faustos: imperiumq; dabunt.
Vade nec intrepidum diuinum pectore fatum
Differ: ad Aeneidum menia verte pedes.
Telos

